

pannum a fæcibus separa et balnei maris calore
in debitam crassitudinem redige.

Nota. Omnia Extracta aquosa Spiritus vini
rectificatissimi pauxillo irrorentur, ne situm
contrahant.

FERRI LIMATURA PRÆPARATA.

*Vulgo Limatura Martis, sive Chalybs
præparatus.*

FERRI parissimi limatura in mortario ferreo,
cum pistillo ferreo, contundatur, et diu terendo
in subtilissimum pulverem redigatur.

FLORES BENZOINI.

R. Benzoës tritæ q. pl.

Ex olla figulina, cui adaptatus fit cucullus
chartaceus coniformis, leni igne, flores subli-
mentur. Ab oleo adhærente purifcentur so-
lutione in aqua calida et crystallisatione.

FLORES MARTIALES.

Vulgo Ens Veneris.

R. Ferri limati Libram unam,
Salis ammoniaci Libras duas.

MIXTA humectentur aquæ pauxillo, deinde
exsiccentur et triturentur in mortario ferreo.
Hoc ter quaterve repetatur; dein e cucurbita
ferrea, alembico instructa, fiat sublimatio igne
mox sufficiente. Flores sublimati, cum capite
mortuo triti, iterum sublimentur: hocque re-
petatur, donec flores aurantii cōloris sint.

Residuum loco humido relinquatur, ut in
liquorem diffluat, qui sub nomine LIXIVII MAR-
TIS servetur.

FLORES SULPHURIS.

SULPHUR commune tritum indetur cucurbitæ terreæ, capitello vitreo instruētæ, vel aliis vasculis idoneis superpositis, et ex arena, igne pri-
mum leni, postea paulum validiore, fiat subli-
matio. Flores in capitellum elevati abstergan-
tur, vel capitellum subinde renovetur, donec
sulphur totum, relictis in fundo fæcibus, ascen-
derit. Flores omnes collecti aqua calida ali-
quoties abluantur.

Nota. Vix unquam a Pharmacopolis parari
solent.

FLORES ZINCI.

ZINCI frustula ignito crucibulo capaci, alto
et inclinato, repetitis vicibus injice, ut inflam-
mentur. Flores albi, leves, sublimati eximan-
tur gradatim, ne aëris accessum impedian-
t. Exemti flores tandem per cribrum trajiciantur.

GELATINA BERBERUM.

Succus e baccis Berberum coquatur leni igne
cum sacchari albi pondere æquali, vel q. s. ad
debitam crassitudinem. Tum per pannum la-
neum trajiciatur gelatina.

Eodem modo paratur *gelatina Ribium ru-*
brorum.

GELATINA CORNU CERVI.

R. Cornu Cervi rasū, in aqua tepida aliquoties
loti, Libram semis,

Aqua flaviatilis Libras septem.

Leni igne coque vase clauso per septem vel
octo horas. Colatura etiamnum calenti
adde